Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8172
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



10

Leuauerunt flumina dne leuauerunt
flumina voces suas leuauerunt flumina
fluctus suos a vocibus aquarum multarum
mirabiles elationes maris mirabilis in altis
dns testimonia tua credibilia facta
sunt domui tue decet sanctitudo
dne in longitudine dierum
fortitudinis et poterit se virtute alla ae ae
Iubilate dno omnis terra seruite deo in
letitia Introite in conspectu eius
in exultacione Scitote quoniam dns ipse
est deus ipse fecit nos et non ipsi nos
populus eius et oues pascue eius in
introite portas eius in confessione atria
eius in ymnis confitemini illi Laudate
nomen eius quoniam suauis est dns misericordia
eius et vsque in generacionem et generacionem ve
ritas eius Gloria et honor et benedicc
sedenti super thronum vnicti in secla seculorum
Deus deus meus ad te de luce vigi
lo Sitiuit te anima mea quam multi
pliciter tibi caro mea In terra de
serta in via et in aquosa sic in sancto appa
rui tibi ut viderem virtutem tuam et gloriam
tuam Quoniam melior est misericordia tua super vitas
labia mea laudabunt te Sic benedicam
te in vita mea et in nomine tuo leuabo
manus meas Sicut adipe et pinguedine
dne repleat anima mea et labris exul
tacionis laudabit os meum Si memor
fui tui super stratum meum in matutinis medi
tabitur in te quia fuisti adiutor meus
Et in uelamento alarum tuarum exultabo
adhesit anima mea post te me suscepit dextera